



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXIV. ad annum CCCXLVI.

Parisiis, 1644

De neophytis in fide non ordinandis ordine sacro antequam scientiam
scripturae sacrae habeant: & de conuictis post ordinationem de peccato
graui, cum ordinatore deponendis. Capvt III.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15072

ANNO CHRISTI 325. De neophytis in fide non ordinandis ordine sacro antequam scientiam scripture sacre habeant : & de conuictis post ordinationem de peccato graui , cum ordinatore deponendis.

C A P V T III.

Qui recenter baptizatus est , & veritatem suæ fidei nescit , non erit episcopus , neque presbyter , neque diaconus , donec possit scire & intelligere libros sacros , & perfectum habitum , ac fructum spiritualem in corde suo producat ; qui si ad maturam ætatem non peruenit , non potest ad gradus iam dictos admitti. Quod si episcopus aliquem citto * ordinauerit , in quo aliquod peccatum gravius postea reperiatur , & duo , aut tres testimonium dicant , vterque deponendus est , & ordinator , & ordinatus ; quamuis ordinatus sit presbyter , aut episcopus ; qui etiam a Synodo excommunicatur , vt meritus est.

Leo epistola 85. Quid est cito manus imponere , nisi ante ætatem maturitatis , ante tempus examinis , ante meritum laboris , ante experientiam disciplinæ , sacerdotalem honorē tribuere non probatis?

De cohabitatione mulierum prohibita episcopis , presbyteris , & diaconis propter calibatum.

C A P V T IV.

Decernimus , vt episcopi non habitent cum mulieribus ; neque presbyter , qui * viduus est ; nec illas comitentur ; neque familiarem consuetudinem cum eis habeant , nec in eas studiose aspiciant . Idem decernitur de omni sacerdote cælibe , idem que de diaconis , qui sine vxore sunt . Hoc autem intelligendum est , siue mulier pulcra sit , siue deformis , siue puella virgo , siue ancilla adolescens , aut natu grandis , siue puella orphana prætextu e-

Concil. Tom. 2.

I iij

Can.Nic.
Græc.3.
Epitome
huius ex A-
rabico Car-
thag. 3.c. 4.
Græc.
Carth. 2.c.
2. Lat.
Apost.c.26.
Calched. c.
14. Cle. c-
pit.2.Cone.
Elib. c.33.
Agath. 8.
Tolet. 3. c.
1. Hilar.in
Syn. c. 2.
Syr. ep.1.c.
6. Innoc.
epif. 3.c. 1.